AD

Angelo GABRIELE Salutata;

CARMEN HEROICUM SACRUM;

Aliquot antè annis conditum, nunc verò primùm editum.

Ausus & ipse manu juvenum tentare laborem. Virg. Æn. 5.

Intemperantis enim arbitror esse, scribere quod occultari velit.
Cic. 1. Academ. pag. 1.

LONDINI:
Apud J. ROBERTS in Vico vulgo dicto *Warwick-Lane.*
MDCCXXIX.

BRITISH MUSEUM

INSIGNISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO

ALEXANDRO POPE
ARMIGERO,

POETARUM INTER ANGLICANOS

(UTCUNQUE OBLATRENT INVIDI)

FACILE * CORYPHÆO,

Carmen hoc qualecunque, Exiguum munus, Ingentis honoris ergo D.D.Q.

W. TILLY, *S.T.P.*

* Cicero de nat. Deor. Lib. 1.

BRITISH MUSEUM

PRÆFATIO.

CUM a me ſæpenumerò poſtularet, imò flagitaret amicus quidam, Bibliopola, (ratus ſcilicet in me nonnihil eſſe id genus ingenii, quamobrèm verò ipſe viderit) ut eos Sacroſanctæ Scripturæ locos excerperem, atque explicarem, quos ornandæ Poeſi maximè * *accommodos arbitrarer; Libitum eſt mihi potiùs exemplo quodam utcunque tenui carminis jam conditi* † *commonſtrare, quàm non peſſimè conveniret inter Muſarum comites, & Sacras Paginas. Quòd ſi vel hoc tentamine meo, vel alio aliquo, eatenùs influere poſſem in animos juvenum, ut ſentirent ſatis, atque agnoſcerent* * *prædulcia Poeſis ſtudia adeò non impediri Sacrorum voluminum uſu, ut exinde magis efflореſcerent, id mihi ſatis ſuperque operæ pretium foret; nec me pœniteret imbecillitatis meæ, dum aliis prodeſſem; Lumenque illi ex* † *fumidâ meâ tædâ ſibi tandem clarius accenderent, quò veram ipſi laudem conſequerentur, aliiſque ſimul in poſterum præluceret. Quidni verò? cum Spiritus Dei Sanctus, Scripturæ ſacræ Divinus Author, ſolus ſit atque unicus humanæ mentis* Genius, *præſertim Chriſtianæ, & reverâ* Naturæ Deus Humanæ, (*quod de ſuo*

* Virgil.

† Cicero.

* Virgil.

† Virgil. Æn. 9.

*ſuo Genio falſo prædicat * Horatius) ut qui rerum omnium ab initio conditor atque opifex fuerit, ſimul omnia vividâ virtute ſuâ penetret & pervadat. Ille vim ergo atque affectus animorum noſtrorum intimos optime nôrit, quibuſque ad eos accedere † alloquiis unquam expediat. Hunc igitur Spiritum Cœleſtem in Bibliis Sacris ſe alloquentem quicunque aſpernentur, aut poſthabeant, illi, profectò, non ſine fraude ſuâ maximâ id faciunt, ſeróque nimis ſentient, non ſolùm a rectâ virtutis ſemitâ, quinetiam a cognitionis veræ lineis ſe procul aberrâſſe.*

Albury Com. Oxon.
Octob. 11, 1729.

QUòd in juventutis noſtræ præcipuè gratiam hoc poema tandem aliquando in lucem prodierit, ipſe notavi in margine locos, ad quos illa ætas primò forſan offenderet; ſit ergo mihi a Criticis venia, quòd teneris aliorum annis magis conſuluerim.

* Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus Humanæ ——— Horat. Epiſt. 2. Lib. 2.

† Horatius.

BRITISH MUSEUM

BEATA MARIA VIRGO

AB

Angelo GABRIELE Salutata;

CARMEN SACRUM, &c.

MAGNA ſequor tenuis, teneriſque per æthera nitor
Nec benè firmatis pennis, & ad ardua tendo.
* Túque O, qui ſacros ignes ſacroſque furores * Spirit. Sanctus.
Intus alis, mihi nunc cœleſti pectora flammâ
Tinge, & [a] labra Tuæ Divinis ignibus araæ!
Namque vales; Equidem [b] afflatum & tua numina ſenſit
[c] Divinus † Paſtor, cum quondam trans Mare Rubrum † Moſes.
Conſtitit in [d] littus, cantans quæ volveret unda
Corpora nunc ignota virûm atque immania [e] equorum:

a Iſa. 6. 6. Dan. 10. 16. b Iſa. 63. 11. c Pſalm. 77. 20. Iſai. 63. 11. d Exod. 14. 30. e Exod. 15. 4, 19.

Adſis

Adſis o, tenebraſque omnes noctemque fugato,
Et per cæca mihi infundas præcordia lumen.
Poſt longa annorum & totiès revoluta dierum
Millia, completoſque immenſi temporis orbes,
Tandem læta dies illuxit, læta ſupremis
[a] Cœlicolis, eadem atque imæ lætiſſima Terræ.
Illa dies, quâ plena Salus mortalibus Alma
Affulſit, [b] Donoque Dei gratiſſima venit;
[c] Quam totiès Sancti Patres Canique [d] Prophetæ
Olim quæſivêre, atque [e] ingemuêre morantem.
Stat [f] ſolium ſublime, Ingens, in vertice cœli
Æternum, Immotum, cui ſumma [g] Smaragdinus Arcus
* Virgil. Æn. 10. * Ambiit, atque oras circum, verum ima [h] Pyropo
Scintillant, [i] jaculata ignes & lumina longè;
Inſidet huic [k] Quidam, [l] purâ cui lanea fronte
Canities diffuſa nives candore præibat.
Tempora [m] multiplici radiabant cincta coronâ,
† Nominativus pluralis Græcor. in *es* brevis. Cui dedit aurum [n] Uphaz, [o] Oculi ceu † lampades ignêæ
Emicuêre, diemque augent per lucida regna.
At vultus [p] Soli aſſimilis, cum culmine Olympi
Stat ſummo, lumenque agris infundit apertis.
[q] Brachia fert & [r] crura æris referentia clarum
Candentis fulgorem, ut cum [s] fornacibus Ætna
Ruptis evolvit liquidum æs & fervida ferri

a Luc. 2. 13, 14. b Epheſ. 2. 8. c Matth. 13. 17. d 1 Pet. 1. 10, 11. e Pſ. 53. 6. f Heb. 1. 8. Apocal. 4. 2. Dan. 7. 9. g Apocal. 4. 3. h Dan. 7. 9, 10. i Dan. 7. 10. k Apocal. 4. 2. Dan. 10. 5. l Apoc. 1. 14. Dan. 7. 9. m Apocal. 19. 12. n Dan. 10. 5. o Apocal. 1. 14, 19. 12. Dan. 10. 6. p Apocal. 1. 16. q Dan. 10. 6. r Apocal. 1. 15. s Ibidem.

Flumina,

Flumina, ſic illi crura & ſic brachia fulgent.
[a] Lino idem purâque indutus veſte ſedebat
[b] Demiſſâ ad talos, quam circum pectora ſumma
Et [c] mammas rutili cingebat circulus Auri.
Sic ille ornatus, ſolioque elatus in alto
Cœlicolis dat jura Unus, Sanctuſque Senatus
Stat circùm expectans, quæ cuiquam, Hic munera mandet.
Illi Divinus [d] comitatus ſplendida cœli
Atria conſtipant, Illum [e] pura agmina circùm
Funduntur latè, [f] Seraphim, Cherubimque, [g] Thronique
[h] Innumeri, & Sanctarum [i] animarum lucidus ordo.
Ecce autem e [k] ſolio per ſacra ſilentia longè
Vox audita, [l] velut * patuli ſuper æquora mundi — * Lucret.
Murmur agat fulmen, quo latè contremit aër
Concuſſus, † reboantque imæ penetralia terræ. — † Virgil.
Vox ait " [m] En! aliquis ‡ terris hinc nuncius ito, — ‡ Hinc nuncius ibis Pelidæ Gentori. Virgil.
" Quis nobis hoc præſtat iter? ——
[n] Quâ voce ingentes cœli tremuêre columnæ,
[o] Auratique Sacro ‖ moverunt cardine poſtes, — ‖ *Moveo* ſignificat paſſive. vid. Littleton, Cooper, &c.
[p] Summaque volvuntur denso laquearia fumo.
Jamque omnes animis prompti ſimul ore fremebant,
Et ſibi quiſque optare vicem hanc, hoc munus obire.
Emicat ante omnes, qui primus in ordine primo
Aſtabat, Gabriel; Gabriel, quo gratior ullus
Cœlicolis non vivit, opem aut mortalibus ægris

a Dan. 10. 5. Apocal. 19. 14. b Apocal. 1. 13. c Apocal. 1. 13. Dan. 10. 5. d Iſa. 6. 1.
e Apocal. 19. 14. f Iſa. 6. 2. g Coloſ. 1. 13. h Dan. 7. 10. Heb. 12. 22. i Heb. 12. 23.
k Apocal. 19. 5. l Apocal. 4. 5. m Iſa. 6. 8. n Job. 26. 11. o Iſa. 6. 4. p Ibidem.

Promptior afferre, aut ventura recludere fata.
‡ Ille olim Genti Electæ per ſaxa [a] præivit,
Per loca ſenta rubis, atque infelicis Eremi
Aſpera, perque [b] domos Serpentum, horrendaque regna:
[c] Claram & dans noctu lucem, nubemque diurnam
Expandens, tenebraſque fugat, ſævumque calorem
Defendit, lenique manu perducit [d] ovantes
Ad tutas tandem ſedes, feliciaque arva.
Atque idem quondam, gelidi cum ad flumen [e] Ulaï
Ploraret Judææ urbes, combuſtaque templa,
* Danieli, Dan. 10. 11. * Dilecto Juveni Divina oracula pandit;
† Tempora Meſſiæ. † Tempora teſtatus, quæ volvenda attulit ipſa
Nunc ſeries annorum, & non revolubilis hora.
Hæc idem Gabriel terris completa referre
Nunc optat primus, primùm & ſeſe obtulit ultrò.
‡ Secunda perſona S. S. Trinitatis. Huic igitur ſic orſa ‡ Secunda Potentia *Cœli:*
" Vade age, Tu volucer mea fer mandata per auras,
" Ipſe Ego, quo humanos artus & tenuia ſumam
" Viſcera, tempus adeſt, condamque in corpore Numen.
" Filia Jeſſidæ eſt, Virgo, quam plurimus ipſe
" Mente oculiſque fero, ſic illi pectore in imo
" Firma fides pietaſque ſedet, dic ocyùs illi,
" Jam me venturum, & viſurum Numine ſacro.
" Illius ex utero proprio mihi munere fingam

‡ Piè creditur ab Antiquâ Eccleſiâ Secunda S. S. Trinitatis Perſona, Dei Filius, Iſraelitis per itinera præiviſſe; per Poeticam verò licentiam Arch-Angelo hoc non * incommodè tribuatur; cui Sententiæ etiam, poſt Iſraelitarum a Deo defectum, ipſa Scriptura Sacra videtur ſuffragari. Vide Exod. 33. 2, 3.

* Terentius.

a Exod. 23. 20. 32. 34. 33. 2. b Deut. 8. 15. c Pſal. 78. 14. & 105. 39. d Pſ. 105. 43. e Dan. 8. 16.

" Corpus,

" Corpus, & in lucem prodibo parvulus infans.
Dixit, at ille celer volat, & Deus ipſe volantem
Adjuvat a nervo veluti cum ſtridula arundo
Emicat, aut [a] Volucres Euri, [b] ſeu Fulguris ignes.
At non ſic reliqui, [c] quin vultum & lumina proni
In terram pendere diù, atque evolvere ſecum
Divinas ſortes, quidque hæc arcana ferebant
Fata Dei: [d] Haud ſecùs ac olìm aurati duo ſtabant
Converſi ad ſeſe Cherubim, vultuſque deorsùm
Demiſſi, ſacræ mirati myſtica † menſæ;
Mirati, quòd qui [e] terras latèque patentes
Ætherios tractus Unus compleret, in æde
Nunc tenui incluſus, parvâque [f] habitaret in arcâ.
Nec minus hæc ſecum Gabriel longumque volutat,
Dum notâque viâ, ſpatioſique æquore cœli
Tranat iter pronum, & campo decurrit aperto.
Eſt locus Eöis latè diffuſus in oris,
Quò liquidæ lucis per campos volvitur amnis,
Et plenis manat rivis, nec deficit unquam
Aureus, ut lucis qui ‡ æterno a fonte rigetur.
Illuc ſe confert Gabriel, & plurima lucis
Semina denſat, & his tenues || ſubtilitèr artus
Induitur, multoque [adoperitus] lumine fulget
Purpureo, vultus verò faciemque decoram
Fit [g] juvenis; Qualemque dederunt ſanguine purum

† Propitiatoriæ.

‡ Deô Fonte Lucis.

|| Lucret. Cicero.

a Pſal. 18. 10. b Nahum. 2. 4. c 1 Pet. 1. 12. d Exod. 37. 7, 8, 9. e Jerem. 23. 24.
f 1 Sam. 4. 4. g Marc. 16. 5.

Rubro tinctum ebur, & candentia lilia verno
Flore roſæ, talem pulcher tulit ille colorem,
At virgo intereà ſeu mens præſaga futuri
Numinis adventûs, Deus an præſentior illam
Admonuit facilem, (namque ille per omnia manans
[a] Rimatur latebras animarum, imoſque receſſus,
Inſpirans lenè, inclinanſque in vota ſequaces)
Volvitur in genua atque has fundit pectore voces:
" Sancte Pater, tandem humanos miſerate labores,
" [b] Deſpice de Templo Ætherio, quò gloria ſemper
" Plena habitat, plenam & ſacrâ ſe pandit in aulâ;
" Da [c] feſſis requiem, Pater, & [d] ſua Nuncius almi
" Fœderis adveniat tandem, & Sanctiſſima Templa
" [e] Reſtituat labefacta, & mœnia ſacra [f] Sionis.
† Virgil. Sic virgo; ſimul Ecce † alacris jam longa viarum
Emenſus Gabriel, quæſitaque mœnia tangit.
Stabat parva domus, parvis ſuffulta columnis,
Cui tenue anguſta exornabat janua limen,
Et nunc [g] clauſa eadem, ne vox exire precantis
Virginis, aut patulas poſſet ſe effundere in auras.
Hæc luſtrat Gabriel, ut limina nulla patere,
Nullum aditum ſenſit, ſubitò, (mirabile dictu!)
Condit ſe in ſolidum murum, & non pervia ſaxa
Perlapſus tenues iterum ſe * emergit in auras,
[h] Ædibus & mediis ſtat mirus! at omnia circùm

* *Emergo* ſumitur active, vide Littleton. ſic, *erumpo* apud Virgilium.

a Pſ. 44. 21. b Iſai. 63. 15. c Iſai. 33. 20. d Malac. 3. 1. e Zech. 6. 12. f Pſal. 51. 18. Pſ. 69. 35. Jer. 31. 4. g Matth. 6. 6. h Johan. 20. 19.

Emicuere

Emicuêre novâ luce, & [a] fulgore * coruſcant, * Virgil.
Agnoſcuntque Deum præſentem: Territa virgo
[b] Labitur exanimis, [c] conditque in pulvere vultus.
Angelus infirmos homines miſeratus, & illis
Jam mentes fractas, & non innoxia corda,
† Ingemit hæc ſecum: " Non ſic cum pocula vobis
" Concedat Pater ex [d] æterno fonte ſalutis
" Haurire, & [e] ſacris epulis accumbere Divûm:
" Cum templis îiſdem Seraphim, Cherubimque, Hominesque
" Cantemus læti, ſpiremus & æthera eundem.
Hæc ſecum; & dextram lapſæ lentoſque lacertos
Attingens roſeo ſimul hæc affatur ab ore:
" Surge age, nam tibi non iras & triſtia fata
" Affero; Te, [f] Virgo, vigili Te gratia vultu
" Tutatur circùm, & niveis amplectitur [g] alis.
His dictis [h] erecti animi, pulſique timores;
Corripuit ſeſe, pendetque ex ore loquentis;
Incipit ille Almus, labriſque ita fatur amicis;
" En! Pater Ætherius volucrem me huc miſit ab alto
" ‡ Et [i] munire viam, & venienti [k] pandere portas.
" Ipſe aderit, viſetque brevi tua limina, Virgo,
" Mœnibus his parvis Numen, tectoque ſubibit
" Huic humili; ne ſperne tuos, ne, Diva, penates

† *Ingemo* cum Accuſat. vide Statium.

a Act. 12. 27. b Luc. 1. 29. c Iſa. 2. 10. d Iſai. 12. 3. e Apocal. 19. 9. f Luc. 1. 30. g Pſ. 36. 7. Pſ. 57. 1. Pſ. 61. 4. Pſ. 91. 4. h Dan. 10. 18. i Mal. 3. 1. k Pſ. 24. 7.

‡ Helleniſmus. Sic Virgilius,
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus ——— Æn. 1.

" Hos

" Illos rennes, licet & Jeſſeæ avulſa propago
" Amiſit Sceptrum, nullâ nunc gaudeat aulâ;
" Aude iſtas contemnere opes, & te quoque dignam
" Finge Dei exemplo, qui quanquam [a] altiſſima cœli
" Et ſacras arces colat, inviſit tamen imos
" Sanctorum, tollitque Pater, menteſque labantes
" Suſtentat, ſpiratque novas per pectora vires.
" Tuque en! [b] ſis humilis licèt & contempta, ſupremo
" [c] Grata Deo tamen, & gratam teſtabitur Ille;
* Virgil. " Namque Tibi Sanctus pleno Te Numine * [d] obumbrans
" Spiritus in gremium fundet ſe, uteroque latebit;
" Corpus & ipſe ſibi Deus ex Te, Virgo, parabit,
" Nec congreſſu humano humanos induet artus.
" [e] Ergo tuo ex utero qui prodit Maximus olim
" Dicetur, Natuſque Deo, & ſummus Pater illi
" Æternum dabit imperium & Solymëia ſceptra;
" Dives [f] Arabs theſauros illi, & fertilis auri
" Fundet Ophir, ſolventque illi ſua thura [g] Sabæi.
" [h] Inſulæ eum expectant Dominum, [i] genteſque rebelles
" Contundet Sceptro, [k] ſternetque in pulvere Regum
" Cervices, [l] latèque feret ſua ſigna per orbem.

Hic finem Gabriel orandi fecit, at Illi
Virgineùm erubuêre genæ, exultantia corda
Haurit amor Divinus, & intùs gaudia manant

a Iſa. 57. 15. b Pſal. 119. 141. c Luc. 1. 28. d Luc. 1 35. e Luc. 1. 35. f Pſal. 72. 15. g Pſal. 72. 10. Iſai. 60. 6. h Iſai. 42. 4. Iſai. 51. 5. Iſai. 60. 9. i Pſ. 2. 8, 9. k 2 Pſal. 72. 9, 11. l Pſal. 72. 8.

Per

" Teque Tum[illegible]
" Afferre, aut quæ
" [b] Te certè immenſi neq[illegible]
" Continet; en! Vaſti Tu † fundas me[illegible]
" Omnia complexuſque reples, & Numine cingis.
" ‖ [c] Quæ ſum ego? cur tanto Tu me dignaris honore?
" Ipſane parturiam divinitùs? Ipſa recondam
" Hoc utero, his tenebris, [d] *Dominum?* at diffidere non fas;
" En tibi [e] devotam, ſint hæc ‡ rata dicta, puellam! ‡ Ovid.

Finierat virgo; dum Sanctus Spiritus illi
Intùs lætitiam ſinceram, & gaudia pura
Ingeminat menti, & caſto ſe pectore miſcet.
At Gabriel tandem perfunctus munere grato
Jam reditum parat, & rediens [f] aſpirat odorem
Divinum, liquidaſque ſimul ſe tollit in auras
Sublimem, & lætus cœlum ſocioſque reviſit.

a Act. 7. 49. Iſai. 66. 1. b 1 Reg. 8. 27. 2 Chron. 2. 6. c 2 Sam. 7. 18. d Luc. 1. 43.
e Luc. 1. 38. f Johan. 20. 22.

‖ Cic. De Amicitia pag. 395. edit. Steph. Quis ego ſum? aut quæ in me eſt facultas?

F I N I S.